Пk
818

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0001-5
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0002-0

au1.

quamvis
re poſſe ,
m nuper
o Lipſienſi
js:

on N. über-
ter ausſte-
Lohn 4.
wohl con-
its dehm e

S.

andam re-
Der pro-
Beklagter
bezahlen

vè obliga-
tantur, &
teſt adver-
Carpz. P. 1.
, quàm li-
cog. Carpz.
ht/daſelbſt
roceſſ. Ex-
modo tàm
Ceſſant
od videre
aò. 1497.
-Märckts
c. &c. & de
u und von
t werden/
werden &c.
jus voca-
4. Lau-

1357

M1

JURIDICÆ FACULTATIS DECANUS,

JOANNES PHILIPPUS Streit/J. U. D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIUS,

P. P. ac ELECT. hujatis JUDIC. PROVINC. ASSESSOR, &c.

LECTORI BENEVOLO SALUTEM!

IN larvatis animis, qui *Aſtutam vapido ſervant ſub pectore vulpem*, Vultum & oculos benevolos, manus & lingvam verbotenus promptam deprehendes, at rem ſi exigas, contra te militare reperies, qui pro ſalute tua etiam propriam neglecturi videbantur; occupant enim in his ſedem doli & fraudes, calliditates & aſtus, vafra conſilia & fallaciæ, quæ tam ſpecioſis ornantur titulis, ut intemeratos ipſiſſimæ ſynceritatis candores eſſe jures, niſi deliteſcens in corde venenum ſagaciter perſcruteris. Sed aſtutiam illam fallacem DEUS deteſtatur *juxtà illud Pſal. 5. v. 7. virum doloſum abominabitur Dominus. & Pſal. 11. v. 4. diſperdet Dominus univerſa labia doloſa* & non DEO modò, ſed hominibus quoque doloſi ſunt exoſi; imò quo quis, *teſte Cic. lib. 2. de offic.* verſutior & callidior, eò inviſior & ſuſpectior eſt, magis magisque conflictantur callida ejus conſilia cum paribus adverſarij fallacijs, quocirca major utrinque diffidentia, ſimulatio, frausque oritur, & mutuæ fraudis cognitio, etenim & *Roma habet ſuum Hannibalem*, dicebat Pœnus, cum eàdem arte Fabius Tarentum recepiſſet, quâ ipſe eripuerat. Quamvis autem Romanos dolo delectari Deos olim credidiſſe tradatur, motos exemplo vaccæ præcipuæ magnitudinis & eximiæ formæ in agro Sabino, Servio Tullio regnante, natæ, Aventinienſique Dianæ, ab Antiſtite templi, bovis domino religionis ſimulatione callidè ad Tyberim ablegato, immolatæ; id tamen de honeſtâ aſtutiâ nec non laudabili verſutiâ, quali Lampaſcum patriam liberavit Anaximenes, haud dubiè intelligendum eſt, cum, teſtantibus legibus, noxiam Reipublicæ fraudum licentiam repreſſerint, & Aquilius de dolo malo coercendo formulas propoſuerit, quarum deinceps ſumma in *Edictum perpetuum* relata fuit, *quo* Prætor adverſus doloſos, qui alijs calliditate obfuerunt, deceptis & circumventis ſubvenit, ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa, *L. 1. ff. dol. mal.* eandemque ob cauſam exceptio doli inventa fuerit. *L. 2. ff. de dol. mal. & met. except.* ſic,

Contractus quidam culpamque dolumque receptant,
Suntque quibus ſatis eſt continuiſſe dolum.

Ulpiano teſte in *L. contractus quidam dolum. 23. de R. J.* quæ inter reliquos velut Heſperus elucet. *Sturc. ad d. L.* atque hæc eſt illa lex, quam Clariſſimus DN. PETRUS Mieth/ Luſatus, Advocatus Lipſienſis juratus, *proximâ die Martis, horâ nonâ matutinâ* in Auditorio JCtorum majori pro Lectione Curſoriâ pluribus illuſtrabit. Natus is fuit Budiſſæ aö: 1667. 23. Novembris ſt. nov. Patre Viro integerrimo ANDREA Miethen/ ac Matre DIETERICA, laudati hi Parentes in educando alendoque Filium nullis medijs pepercerunt, præprimis verò omnem diligentiam & curam adhibuerunt, ut Candidatus noſter verbo divino, literisque imbueretur; prima itaque elementa Budiſſæ apprehendit, & cum, DEO directore, Parentes ſui promovendæ negotiationis gratiâ aô: 1682. Camentium filio comite ſe contuliſſent, ibidem Clariſſimi *Dn. Chriſtophori Hartmanni*, Rectoris, aliorumque publicis ac privatis Lectionibus fideliſſimis uſus, fundamenta latinæ lingvæ jecit; Torgam deinde aô: 1688. petens, ſub informatione DD. *M. Jacobi Reichmanni*, *VVinteri*, pluriumque, duorum annorum & ſex menſium ſpacio ſtudium liberalium artium abſolvit. Inde Doctorum Virorum & Parentum hortatu aô: 1690. Lipſiam ſe contulit, & 16. Octobr. in celeberrimæ hujus Univerſitatis Matriculam, numerumque Studioſorum receptus fuit, & indefeſſo ſtudio ibidem Collegia Philoſophica *Dn. L. Ottonis Menckenij, P.P. Moralium, & Dn. M. Caroli Andreæ Redelij* viſitavit, hisque junxit Juridica, ad Inſtitutiones Juris, Lauterbachij ad Digeſta, Schilter. ad Inſtit. Jur. Can. Stryck. ad Exam. Jur. Feud. & Ordin. Proceſſ. Sax. Struv. Juriſpr. &c. tam publica, quàm privata, theoretica & practica, Magnificorum & Celeberrimorum Virorum, *Dn. D. Bartholomæi Leonhardi Schwendörfferi, P.P. Dn. D. Andreæ Mylij, P.P. Dn. D. Godofredi Nicolai Ittigij, P.P.* ſui olim Præceptoris fideliſſimi, evergetæque ſummi, nec non ſtudiorum Promotoris, cui immortales laudes & grates pro innumeris beneficijs ſibi exhibitis ſe debere profitetur. Item *Dn. D. Friderici Philippi, Dn. D. Gottl. Gerb. Titij, Dn. D. Georgij Beieri.* inſuper anno 1692. Notarius creatus fuit. Diſputatorijs quoque exercitiis interfuit, & tam publicè quam privatim opponendo ſe exercuit, privatum quoque Collegium diſputatorium ad Synop. ff. Schnob. prælaudati *Dn. D. Ittigij* cum alijs frequentavit. *Dn. D. Rivinum* etiam, jam Conſil. ab appellat. & Scab. *Dn. D. Barthium & Dn. D. Philipp.* audivit, ductusque eorum in praxi ſecutus, caſus varios, practicè reſolvit, ac ut formam proceſſus exactè ſibi imprimeret, acta judicialia ſæpe perluſtravit. His itaque jactis fundamentis, prævio examine inclytæ Facultatis Juridicæ Lipſienſis, à Sereniſſimo Electore, præſtito juramento ſolito, in numerum Advocatorum aô: 1697. receptus fuit. Noſtræ demum Facultati, tam textuum ex Jure Canonico & Civili aſſignatorum explanatione, quàm nodoſarum quæſtionum reſolutione, cum ad rigoroſum examen, præmiſſâ conſvetâ imploratione, admitteretur, eruditionem ſuam tam luculenter probavit, ut ſummis Doctoratûs honoribus, unanimibus votis, dignus judicatus fuerit. Commentationi itaque ad prædictam *L. 23. ff. de R. J.* ut Proceres & Cives Academici frequentes intereſſe velint, eâ quâ par eſt obſervantiâ, rogantur, invitantur. Publicatum ſub Sigillo Facultatis Juridicæ 20. (10.) Septembris, 1699.

ERFORDIÆ, excudebat JOH. HENR. Groſch/Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0004-1

[illegible] 818

Qk 11 K 818

SOLI DEO GLORIA.

M. 5

ULB Halle 3
003 633 330

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0008-2

JURIDICÆ FACULTATIS

JOA … HILIPPUS

EMINE … IS ELECTORIS MO

… hujatis JUDIC. PROVINC.

… CTORI BENEVOLO SALUTEM

IN lar … *ido ſervant ſub pectore vulpem*
verb … es, at rem ſi exigas, contra te r
prian … ant enim in his ſedem doli & fra
quæ … ut intemeratos ipſiſſimæ ſyncer
de venenum ſaga … n illam fallacem DEUS deteſtat
bitur Dominus. E … *s univerſa labia doloſa* & non
exoſi; imò quo q … erſutior & callidior, eò inviſio
callida ejus conſi … cijs, quocirca major utrinque
fraudis cognitio … *Hannibalem*, dicebat Pœnus
quâ ipſe eripuera … s dolo delectari Deos olim cre
magnitudinis & … Servio Tullio regnante, natæ,
vis domino relig … berim ablegato, immolatæ; id
tiâ, ſquali Lamp … menes, haud dubiè intelligend
publicæ fraudu … uilius de dolo malo coercendo
in *Edictum perp* … dverſus doloſos, qui alijs callidi
ne vel illis malit … icitas damnoſa, *L. 1. ff. dol. mal*
erit. *L. 2. ff. de do* …

… *dam culpamque dolumque recep*
… *uibus ſatis eſt continuiſſe dolum*

Ulpiano teſte it … *23. de R. J.* quæ inter reliquos v
illa lex, quam C … ieth / Luſatus, Advocatus Lipſie
nâ in Auditori … e Curſoriâ pluribus illuſtrabit.
ſt. nov. Patre V … iethen / ac Matre DIETER
Filium nullis m … erò omnem diligentiam & cura
vino, literiſque … nenta Budiſſæ apprehendit, & c
negotiationis g … comite ſe contuliſſent, ibidem C
aliorumque pu … idelisſimis uſus, fundamenta lati
ſub informatic … *i*, *VVinteri*, pluriumque, duo
beralium artiu … Virorum & Parentum hortatu a
leberrimæ hujus Univerſitatis Matriculam, numerumque Studioſorum recep

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-7272-p0009-2